



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 27. Mercurianus Dux a Legato ad reconciliationem sollicitatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Sæcul. XVI. que animo omnes conditiones a regiis  
A.C. 1596. Procuratoribus in ejus reconciliatione  
 Romæ promissas solemnni sponsione con-  
 firmavit.

## §. XXVII.

*Mercurianus Dux a Legato ad recon-  
 ciliationem sollicitatus.*

*Daniel hist.* Cum autem Rege in Pontificis gratiam  
*de France* recepto solus Philippus Emanuel  
pag. 155. Lotharingius Mercurii Dux cum Hen-  
*Fum. du*  
*Pleff. Mor-*  
*nai de l'an.*  
1596. Cardinalis Medicæus Papæ Legatus ad  
 perfectam in Regno cum sacra Sede  
 tranquillitatem procurandam unice in-  
 tentus nullum non móvit lapidem, ut  
 hunc quoque Ducem, qui adhuc in ar-  
 mis erat, ad Regis obsequium flecteret:  
 eapropter datis ad eum literis declara-  
 bat, quod Sanctitas sua Henricum tan-  
 quam legitimum Franciæ Regem agno-  
 sceret, proin si sincero animo Religio-  
 nis, necnon Ecclesiæ Catholicæ incre-  
 mentum promovere studeret, & ipse  
 debitam Regi obedientiam deferre fe-  
 stinaret, cum alias, si id renueret, abs-  
 dubio summi Pontificis indignationem,  
 atque anathema sibi accersiturus esset.  
 Hac Cardinalis declaratione territus  
 Dux, atque aliunde suis rebus diffusis  
 æquis conditionibus de pace inter spe-  
 ciatos viros utrinque feligendos transi-  
 gere

gere statuit: verum his Ancenisii con- Sæcul.XVI.  
venientibus Dux Hispanis viribus sub- A.C.1596.  
nixus, vanisque ambitionis suæ consi-  
liis fascinatus rejectis etiam pacis con-  
ditionibus oppido proficuis nonnisi in  
frivolis obtentibus, ac tædiosis tergi-  
versationibus animum suum a Rege alien-  
num testabatur: quapropter Philippus  
Plessius Mornæus, cui hujus negotii  
cura potissimum erat demandata, nec-  
non Schombergius, & Jacobus Augu-  
stus Thuanus hanc in rem a Rege Ce-  
noncellas missi ad eundem perscripsere,  
quod hujus Ducis pertinacia nonnisi ar-  
morum potentia frangi posset, idcirco  
Rex cum valido exercitu, in Britan-  
niam contenderet. Verum Hispanis  
capta Ardea, & Caleto aditum ad Pi-  
cardiam obtruentibus Rex exercitum  
ab hujus Provinciæ finibus abducere  
præpediebatur.

### §. XXVIII.

*Protestantes de sua Señoría libertate sibi  
magis idonee caveri a Galliarum  
Rege postulantes.*

Vix publicæ tranquillitatis aura in *Thu. 8<sup>o</sup>*  
Galliis spirare videbatur, cum Hu- *Daniel. l. c.*  
gonottæ iniquissimo prorsus tempore *Lettr. du*  
in Picardia novos tumultus concitare *Plessis Morn.*  
*l'an. 1596.*  
molirentur; cum enim eorum audacia  
indies magis cresceret, Franciæ Regem,  
quem